

le pague. Y esta espera comunmente suele ser de cinco años, y puedenla dar de mas tiempo, si quisieren, conforme la ley de la Partida, que arriba alegamos en el dicho capitulo. Y esta escritura de espera presentase ante el Juez por el deudor con una petición, en la forma siguiente:

Ilustre Señor.

2. Fulano, preso en esta Carcel por deudas, o ausente por ellos, digo: que yo debo muchas deudas, y tengo muchos acreedores, que son los contenidos en este memorial, de que hago presentacion; y Fulano, y Fulano, que son la mayor parte de mis acreedores, o à quien se les debe la mayor parte de las dichas mis deudas, viendole que no tengo, con que les pagar, movidos à compasión, con zelo piadoso me esperan, y aguardan por espacio de cinco años, para que dentro de ellos les pague las dichas sus deudas, como consta por esta carta de espera, firmada de sus nombres, o por esta escritura publica otorgada ante Fulano, Escribano publico del Numero de esta Ciudad, de que hago presentacion, con juramento, y solemnidad necesario. Y los demás mis acreedores no quieren venir en la dicha espera, siendo à ello obligados. Por ende à Vmd. pido, mande notificar esta dicha carta de espera à todos los dichos mis acreedores, así à los que me la dan, como à los que no quieren venir en ella; mandándoles, que dentro de un breve termino presenten ante Vmd. los derechos, recaudos, y obligaciones, que contra mí tienen: y confiando à Vmd. que la dicha espera me es concedida, por quien conforme à derecho puedo, à Vmd. pido, condeme, compela, y aprenie à los demás mis acreedores, a que pasen por la dicha espera, y à mí me mande de soltar de la prison en que estoy, sobre que pido justicia, y el oficio de Vmd. imploro, y las costas puestas, en caso de contradiccion; y juro à Dios, y à esta X que esta dicha espera no es fingida, ni simulada, y que debo la dicha quantia à los acreedores, que la otorgan.

3. El Juez manda notificar à todos los acreedores la dicha espera, y que los que la hacen, dentro de tantos dias, presenten ante él los derechos, recaudos, y obligaciones, que contra el deudor preso, o ausente tienen, y que juren, que las dichas deudas les son debidas, y no pagadas, ni fingidas, ni simuladas, y que de todo ello se dá traslado à los demás acreedores, que no hacen la dicha espera. Lo qual se notifica por

el Escribano à los acreedores, que hacen la espera, y juran ante él, que las dichas deudas les son debidas, y no pagadas, y que son ciertas, y verdaderas, no fingidas, ni simuladas, y que la dicha espera la hacen movidos de compasión, por hacer buena obra al deudor, y presentan los recaudos, y obligaciones, que de las dichas deudas contra el dicho deudor tienen. Y de todo ello se dá traslado à los demás acreedores, que no hacen la dicha espera, los cuales alegan, *contradiendo la dicha espera, y los contratos, y juramentos de los que la hacen, y recibese la causa à prueba sumariamente, y bacefe publicacion, y conclusion, y dase sentencia definitiva*, en la forma siguiente:

SENTENCIA, POR QUE SE CONCEDE espera al deudor.

¶ Visto este proceso, &c.

4. Fallo, arentos los Autos, y meritos de él, que la espera concedida à Fulano, que hubo, y hà lugar de derecho, segun, y como en ella fe contiene, y que Fulano, y Fulano, que la contradecian, no probaron, lo que probar les convenia: en cuya consecuencia digo: que debo de mandar, y mando, que los dichos Fulano, y Fulano, que la contradecian, esten, y pasen por ella, pues los que la hicieron son mayores en numero de personas, o en cantidad de deudas, o iguales en deudas, o personas: y les mando, que aguarden otro tanto tiempo al dicho Fulano deudor, como le aguardan los demás, que le hacen la espera; y así mismo les condemo, à que de sus deudas *pro rata* remitan, y quiten al dicho Fulano otro tanto, como le quitan de sus deudas los acreedores, que le hacen la dicha espera, y remision; y mando, que el dicho Fulano sea suelto de la prison en que està. Así lo pronuncio, y mando en esta mi sentencia, juzgando definitivamente, sin costas.

Acacese à las veces, que consta al Juez ser la dicha espera fingida, y simulada, o tal, que conforme à derecho no deba gozar de ella el deudor: de manera, que el Juez dà sentencia, en que la deniega, en la forma siguiente:

SENTENCIA, POR LA QUAL se deniega espera al deudor.

¶ Visto este proceso, &c.

5. Fallo, que el dicho Fulano preso no probò, lo que probar le convenia, para go-

zar de la escritura de espera, que ante mí presentò, y que Fulano, y Fulano sus acreedores probaron sus excepciones, y contradicciones: en consecuencia de lo qual digo, que debo declarar, y declaro no haver havido lugar la dicha espera, y que Fulano, y Fulano, que la contradecian, pue-

dan usar, y usen de sus obligaciones, y recaudos, que tienen contra la persona, y bienes del dicho Fulano preso, y no hago condenacion de costas, por causas que à ello me mueven. Así lo pronuncio, y mando por esta mi sentencia.

FINIS QUARTA PARS.

QUINTA PARS,

PRIMI TOMI,

DE MODO, ET FORMA PROCEDENDI IN CAUSIS criminalibus apud Tribunalia Sæcularia.

SUMMA HUIUS QUINTÆ PARTIS.

1 **P**otissima pars puniendorum malefactorum est eorum investigatio.

2 In criminalibus per modum inquisitionis, denuntiationis, aut accusationis proceditur.

**I**n præsentî Tractatu erit agendum, qualiter, & quo ordine procedi debeat in causis criminalibus in foro sæculari agitandis: qui labor valde utilis, & necessarius Reipublice erit: 1. cum potissima pars puniendorum malefactorum, & bene regendi Rempub. aliorumque mores corrigendi in eo versetur, quod opera detur, ut delicta investigentur, morefque depravati, atque peccata civium percrententur, & coercentur. Unde J. C. (a) inquit, ad Præsides, & Judices spectare, delicta inquirere, & punire, & in Concilio Tridentino, (b) dicitur: quod omnes Ecclesiarum Prælati diligenter intendere debent, ad corrigendum subditorum excessus.

2. Pro cuius rei explicatione constituendum erit, quod in causis criminalibus triplici modo proceditur, vel per modum inquisitionis, aut per modum denuntiationis, aut per modum accusationis: (c) licet Julius Clarus (d) contendat, duobus tantum modis in causis criminalibus solummodo procedi: & antiquitus aliter in criminum punitione processisse, describat Jacob.

Revardus: (e) & de unoquoque modo procedendi, qui bodie observatur, videndum erit in sequentibus.

EX CAPITE PRIMO.

SUMMARI A.

1 **E**X mero Judicis officio, non ad instantiam partis, per modum inquisitionis proceditur.

2 Inquisitio generalis, aut specialis est: & generalis definitur.

3 Quid specialis inquisitio sit?

4 Inquisitio generalis, quando permittitur, tam de Jure Canonico, quam Civili, & Regio.

5 Inquisitio facta de certo genere delictorum contra incertas personas, respectu delicti specialis, & respectu persona generalis dicitur: quam Judex in territorio facere tenetur.

6 Præcedente infamia de quocunque genere delicti, de Jure Regio Judex inquirere valet.

7 Nulla etiam præcedente infamia, poterit Judex de delinquentibus inquirere, facta inquisitione de certo, & notorio genere delicti, contra Sotum.

8 Si aliqua indicta contra personam certam in-

(a) In leg. Congruit, ff. de Offic. Præsidi.

(b) Sess. 14. de Reformat. cap. 4.

(c) Juxta text. & ibi gloss. pen. & Panorm. in cap. Qualliter, & quando II. Extra de Accus. & textum in Extrav. Ad reprimendum, & ibi Bart. & text. in cap. Licet Heli, de

Simon. & text. & ibi Greg. Lup. in Procem. 7. part. in gloss. verb. En tres maneras.

(d) Lib. 1. Receptarum sentent. §. fin. quæst. 3. n. 1.

(e) Lib. 2. Variar. cap. 28.

inde resistent, procedet specialis inquisitio, & punitio contra eam.

9. Judex inquirendo generaliter, de notoriis, & manifestis criminibus, & non occultis inquirere debet, & jurati testes hac detegere debent.

10. Testes de occultis interrogati subterfugio verborum uti, & Judicem eludere possunt absque perjurio, & intelligitur cap. Quacun- que 22. quæst. 5.

11. Si testes occultos delinquentes detegant, ex eorum depositione non puniuntur.

12. Quando crimina occulta dicantur.

13. Si occulta crimina probata sint in generali inquisitione, bene poterit Judex specialem formare inquisitionem contra sic infamatum, & eum condemnare.

14. In generali inquisitione generaliter omnes testes, etiam minus idonei admittuntur, & quare.

15. Specialis inquisitio regulariter prohibita, & quando permittitur.

16. Plures differentia inter generalem, & specialem inquisitionem, & qui late pertractant, remissive ponuntur.

## CAPUT PRIMUM.

### DE MODO PROCEDENDI PER VIAM inquisitionis.

1. PER modum inquisitionis Judex procedere dicitur, quando ex mero ejus officio, & non ad instantiam partis procedit, (a) cujus inquisitionis plures sunt species, quas prosecquitur Socinus uniuersulque definitio- nem constituens. (b)

2. Quoad nostrum tamen attinet institutum, inquisitio dividitur in generalem, & in specialem: rursus generalis inquisitio plures habet species, (c) quæ generalis inquisitio est, quando ex judiciali officio fit, ad investiganda,

& invenienda delicta, & delinquentes, nulla nominata persona, nec delictio, inquirendo super statu totius Provinciae, Civitatis, aut Locis inquirentis, ut deinde ad specialem inquisitionem deveniat. De qua generali inquisitione loquitur text. in cap. Sicut olim, de Accusat. & in leg. Congruit, ff. de Offic. Praef. & in cap. 1. de Offic. Ordin. & in cap. Romana, de Cens. in 6. & Joan. Maria Monticelli in Praxi Crim. reg. 1. n. 24.

3. Specialis vero inquisitio est, quæ fit ad condemnandum, & puniendum aliquem, quando inquiritur contra certam personam, procedente aliqua infamia, presumptione, vel inditio. (d) Unde quando investigantur delicta, & delinquentes, inquisitio appellatur generalis: invento aliquo delicto, dicitur specialis respectu delicti, & generalis respectu delinquentium. Habitis vero indiciis contra certam personam, inquisitio specialis advertus eam formatur. (e)

4. Adverte tamen, quod inquisitio generalis de jure Canonico in omni casu permittitur est; (f) de jure vero Civili prohibita est, nisi, ubi infamia, praesumptio, vel aliquod indicium praecedat: (g) & ita ex consuetudine in Praxi observari, firmat Bofsius, (h) & hanc differentiam inter Jus Canonicum, & Civile agnoscit etiam Joan. Maria Monticelli in Praxi Criminali; (i) sed nullam differentiam constituendam esse inter utrumque jus, testantur Aretinus, (j) & Socinus, (k) & Alicitius (l) asserentes, utroque jure necellum esse, quod infamia, praesumptio, vel indicium praecedat ad inquisitionem generalem faciendam. Cæterum de jure Regio inquisitio generalis, quæ vulgo dicitur *Pesquisa cerrada*, prohibita est, nec fieri potest, nisi de mandato Principis, juxta text. in leg. 2. tit. 17. Part. 3. & in leg. 3. & 4. tit. 1. lib. 8. Recop.

5. Quando vero inquisitio fit de certo genere delictorum, tamen contra incertas per-

(a) Secundum Bartol. in leg. 2. §. Si publico, ff. Ad leg. Juliam, de Adult. Panorm. num. 21. & Marant. Socin. in cap. Qualiter, & quando II. de Accusat. Regid. Bofsium, in Practica Criminali. tit. de Inquisitione, num. 2. Foler. in Praxi Criminali. in 1. part. 3. partis. Aret. in dict. cap. Qualiter, & quando II. Marant. de Ordin. Judic. 6. part. tit. de Inquisitione, & Gregor. Lup. in leg. 1. tit. 17. Part. 3. in gloss. fin. & Didac. Perez in leg. 24. tit. 2. lib. 4. Ordin.

(b) In dict. cap. Qualiter, & quando, & Gregor. Lup. in Summ. tit. 17. Part. 3. verb. *Pesquisa*.

(c) Ut tradit Socin. ubi supr. n. 56.

(d) Secundum Bart. Marian. & Bofsium, ubi supr. & de hac speciali inquisitione loquitur, text. in cap. Postquam, cap. cum delictus, cap. Nihil, de Elect. & cap. fin. de Clau- des. de psonat.

(e) Secundum Bofsium, ubi supr. in tit. de Delinquentibus, & Gregor. Lup. in dict. Summ. tit. 17. Part. 3. verb. *Pesquisa*.

(f) Ut probatur in cap. 1. de Offic. Ordin. & in cap. Qualiter, & quando II. de Accusat.

(g) Secundum Salic. in leg. Ea quidem, Cod. de Accusat. Foler. in Praxi Crimin. 1. part. 3. partis principalis, & in 3. part. n. 9.

(h) In Praxi Crimin. tit. de Inquisitione, n. 8.

(i) In regul. 1. n. 1. & 2. quo in loco late prosecquitur, quæ requirantur ad hoc, ut inquisitio procedat, & ibidem in 8. requisito congerit plures casus, in quibus Judex ex officio inquirere potest.

(j) Num. 67.

(k) Num. 296. & 399. in dict. cap. Qualiter, & quando II.

(l) In cap. 1. n. 12. de Offic. Ordin.

sonas, dicitur specialis respectu delicti, & generalis respectu personarum: eamque Judex in suo Territorio ex officio sibi injuncto face- re tenetur, etiam de jure Regio, in delictis congeitis à leg. 36. tit. 6. lib. 3. Recop. nullo mandato Principis procedere. (m) 6. Quinimo de quocumque genere delicti præter delicta connumerata in dict. leg. 36. de jure Regio Judex inquirere poterit, dummodo infamia præcedat; juxta text. in dict. leg. 2. tit. 17. Part. 3. (n) 7. & pari modo, quando inquiritur de certo genere delicti, si illud notorium sit, poterit Judex generaliter inquirere de delinquentibus, etiam si infamia non præcedat contra aliquem, secundum Bartolum. (o) 8. Et si aliqua indicia contra certam personam ex illa generali inquisitione resistent, Judex procedere poterit ad specialem inquisitionem, & ad punitionem delinquentis. (p)

9. Adverte insuper, quod Judex procedendo in inquisitione generali, interrogare debet testes solummodo de delictis notoriis, & manifestis, non tamen de occultis: 10. nec testes jurati debent detegere occulta, sed tantum notoria; (q) alioquin si de occultis interrogatur, poterunt uti subterfugio, & amphibologia verborum, judicemque eludere, respondendo, se illud nescire, eo sensu intra se retento, ut alii detegant. (r) Neque obstat, quod in proposita specie testis interrogatus mentiri videtur, utendo subterfugio verborum, cum juramentum intelligi debeat ad mentem ejus, cui juratur, (s) quod mendacium non permittitur; etiam pro redimenda vita; (t) ergo testes jurati, & de occultis interrogati non poterunt uti subterfugio verborum. Nam respondeo, prædictam argumentationem procedere, quando quis iuste, & debite juris ordine servato, interrogaretur, tunc enim sub-

terfugio verborum uti non posset; cæterum si injulere, & tyrannice interrogaretur, tunc sufficeret, responsum veram esse ex verbis æquivocis ad sensum interrogati, quamvis ad sensum interrogantis falsa esset.

11. Quinimo, si testes interrogati de occultis, ea detegerent, ex eorum depositione delinquentes non deberent puniri. (u) 12. Dicunturque crimina occulta, etiam si duobus, vel tribus testibus probari possint, dummodo infamia de eis non esset. (x) Et licet ex depositione testium facta super generali inquisitione, delinquentes non possint de occultis puniri; 13. tamen, si occulta probata sint in generali inquisitione adversus aliquem, bene poterit Judex inquisitionem specialem formare contra illum sic infamatum, & eum condemnare. (y)

14. Rursus adverte, quod in generali inquisitione omnes, testes etiam minus idonei, recipiuntur, quia Judex in ea procedit solummodo quoad se instruendum, & inquirendum de facto, non tamen ad inquirendum, ut suspectus puniatur: nam tunc fama deberet esse orta à benevolis, & non à malevolis. (z)

15. Specialis vero inquisitio regulariter prohibita est, nisi in aliquibus casibus: (a) & ratio est, quia regulariter non procedit absque legitimo accusatore, ut probat text. in leg. Rescripto, §. Si quis accusator, ff. de Muneribus, & honoribus, & ita est tenendum; quamvis Panormitanus (b) teneat, de jure Canonico specialem inquisitionem permittam esse; & novem casus, in quibus inquisitio specialis procedit, congerunt Navartus, (c) Soto, (d) quorum primus est, quando Judex ex generali inquisitione invenit aliquem culpabilem: tunc enim contra eum poterit descendere ad specialem inquisitionem. Secundus est, quando in aliqua causa civili, vel criminali, quis coram

(m) Ut tenet Gregor. Lup. in leg. 2. tit. 17. Part. 3. in gloss. 1.

(n) Et ibi Gregor. Lup. in gloss. 2.

(o) In dict. §. Si publico, n. 17. quam opinionem tenet Innocent. asserens, totum mundum eam observare in cap. Bene I. n. 5. de Elect. & sequitur Navar. in cap. Inter verba II. quæst. 3. corol. 16. n. 50; quiddam contrarium teneat Socin. in lib. de Tegendo, vel detegendo secreto, memb. 2. quæst. 6.

(p) Secundum Bart. in Praxi communiter receptum, in dict. §. Si publico, n. 9.

(q) Juxta text. in cap. Qualiter, & quando I. in fin. de Accusat.

(r) Ut probat text. in dict. cap. Qualiter, & quando I. in fin. juncto text. in cap. Erubescant 32. Distinct. & firmant Adrian. in 4. de Sacramento confess. §. Ad argumenta, dub. 9. Sylvest. in Summ. verb. Accusatio, quæst. 13. & Navar. ubi supr. corol. 64. pag. 222.

(s) Juxta text. in cap. Quocumque, art. 23. quæst. 5.

(t) Ut probat text. in cap. Super 60, Extra de Usuris.

(a) Juxta text. in cap. Inquisitionis, §. Tertie dubitationis, Extra de Accusation. & ibi gloss. verb. Solummodo, & Navar. ubi supr. corol. 61. n. 648.

(b) Ut probatur in dict. cap. Inquisitionis, §. Tertie, & resolvit Navar. ubi supr. corol. 49.

(c) Secundum Bart. in dict. §. Si publico, n. 9. & alios communiter ex Aret. in dict. cap. Qualiter, & quando II. num. 56. & ita in Praxi observari firmat Navar. ubi supr.

(d) Ut probat text. in dict. cap. Qualiter, & quando II. & ibi Socin. col. 3. vers. Adverte, & tradit Bofsium, ubi supr. in tit. de Inquisit. n. 4. & 41.

(e) Secundum Salicet. in leg. Ea quidem, Cod. de Accusat. Navar. ubi supr. corol. 62. & Anton. Gom. in 3. tom. Variar. cap. 1. n. 49.

(f) In dict. cap. Qualiter, & quando II. n. 13. communiter receptus ex Navar. in dict. corol. 62.

(g) In dict. corol. 62.

(h) In lib. de Ratione regendi, vel detegendi secretum, memb. 2. quæst. 6.

Judice delinquit, ut puta, si testis falsum dicat, vel pars falsos testes producat, aut Advocatus fraudem perpetret: tunc enim ob gravem offensam Judici illatam formari poterit specialis inquisitio contra delinquentem. *Tertius est*, quando processit denunciatio publici Fidei ad hoc deputari contra aliquem. *Quartus est*, quando delictum est notorium, ut puta si aliquis hominem occidat, vel aliud delictum publice committat coram populo, vel majori parte populis ita quod facti evidentiam contineat. *Quintus est*, quando delictum fuit in Ecclesia commissum, vel contra personas Ecclesiasticas. *Sextus est*, quando delictum fuit proditoriè commissum. *Septimus est*, quando delictum pertinet ad notitiam Judicis, per accusationem a parte propositam, à qua postea desistit. *Octavus est*, quando processit aliqua infamia, præsumptio, vel iudicium contra aliquem. *Novus est*, quando delictum est enorme, & gravissimum, ut puta, *heresis, læsæ Majestatis, falsæ monetæ, & contra naturam*. Et ultra prædictus casus erit alius, scilicet, quando propter incidentem cognitionem, Judex novit aliud delictum: de illo tunc inquirere poterit. (e) Et plures differentias inter inquisitionem generalem, & specialem ponit Marianus Socinus. (f) Et hæc principia de inquisitione generali, & speciali pro instructione juvenum sufficit annotasse: nam de inquisitionibus longum tractatum scribit Socinus, (g) quem videre poteris, & Julium Clarum. (h)

## EX §. UNICO.

## SUMMARI A.

- 1 Stylus fulminandi processum per modum inquisitionis.
- 2 Eadem forma observatur in fulminando inquisitionis processum, qua in accusationis: & unde hic stylus oriatur, & differentia inter modum accusationis, & inquisitionis remissivæ.

## §. UNICUS.

DE STYLO FULMINANDI  
processum per viam inquisitionis.

- 1 Stylus, qui observatur in fulminando processum, quando per viam in-

(e) Secundum Bartol. in dict. §. Si publico, n. 8. & in Extravag. Ad reprimendum, verb. Per inquisitionem.

(f) In dict. cap. Qualiter, & quando II. artic. 1. col. 3.

(g) In dict. cap. Qualiter, & quando II.

(h) Lib. 1. Recept. §. fin. quæst. 5. & 6. & Bolsium, ubi supr.

quisitionis proceditur, talis est, quod Judex mandat Tabellioni, ut caput processus scribat in eo, asserendo, in ejus notitiam pervenisse diversa crimina commissa fuisse, committique in illa Civitate, vel Loco, & quod ad ea investiganda, & inquirenda vult inquisitionem facere, & de eis informationem sumere, debetque statim incipere à receptione testium, interrogando eos sub juramento de notitiis criminibus, & præcipiendo, quod illa detegant. Et si ex dicta inquisitione constiterit, fuisse aliquod crimen commissum, & inditia contra certam personam resultaverint, Judex inquisitionem faciet adversus illam personam: & si ex summaria informatione persona illa culpabilis apparuerit, personaliter erit capienda, & in carcerem detrudenda, assignando ei carcerem, & vincula injiciendo, secundum qualitatem delicti, & persona: & deinde Judex faciet confiscationem bonorum delinquentis per inventarium, deponendo illa penes aliquem. Postmodum Judex suscipere debet confessionem delinquentis, & ex officio imponit delinquenti capitulum de delicto resultantem ex processu, ut se compuret per suas exceptiones: danturque ei nomina testium, ut adversus eos objicere possit repulsas, si quas habuerit. Quod omne sub brevi termino fieri debet, intra quem Judex etiam querit aliquas probationes contra reum, & publicatio testium fit: & publicatis attestationibus, allegatur, & concluditur in causa, vel ad definitivam sententiam, vel ad torturam, ut dicemus in modo procedendi per accusationem: 2. nam fere eadem forma, & stylus observatur in fulminando istum processum, qui observatur in fulminando processum accusationis, qui stylus oritur ex cap. Qualiter, & quando, verbi. Debet, (a) & Socinus (b) ponit stylum, & praxim, quæ observatur in diversis inquisitionibus, & plures differentias inter modum inquisitionis, & modum accusationis tradit idem Socinus, (c) & Bofius. (d)

## EX CAPITULO SECUNDO.

## SUMMARI A.

- 1 Modus procedendi per viam denuntiationis ordinarius est.
- 2 Variæ denuntiationes in jure reperiuntur, & ea de qua hic diffinitur.

De-

(a) Et notat ibi Socin. à n. 72. 1. & Specul. in tit. de Inquisitione, §. Nunc tractemus, n. 6. & 7.

(b) Ubi supr. à n. 701.

(c) Ubi supr. in art. 1. princ. n. 67. & 68.

(d) In Praxi Crimin. tit. de Inquisitione, n. 11.

Denuntiatio ex duplii causa fit, & ibi exempla.

4. Judex, vel quilibet Civitas merum imperium habens, Officiales publicos ad denuntiationem crimina creare poterit.

5. Si non sit Fidei publicus, Judex in aliqua causa certa, & delicto eum creare poterit.

6. Fidei creatur, qui accusare non prohibetur.

7. Fidei quascunque personas, & quacunque delicta denuntiant de Jure Canonico: & quid de Jure Regio: quod hodie de Jure Canonico observandum est.

8. Fidei non probans crimina, qua denuntiat, in expensis condemnandus est.

## CAPUT SECUNDUM.

DE MODO PROCEDENDI PER VIAM  
denuntiationis.

**M**odus procedendi in causis criminalibus per viam denuntiationis ordinarius est. (a) 2. Et licet in jure variæ species denuntiationis reperiuntur, (b) tamen quo ad nostrum attinet institutum, denuntiationis nihil aliud est, quam delatio alicujus criminis apud Judicem competentem, ad poenam, vel correctionem inferendam delinquenti. (c) Vel potest dici, quod denuntiationis est delatio criminis ad Judicem, sine legitima inscriptione ad poenitentiam, vel restitutionem ejus, quod illa existit, vel ad remotionem officii, quo crimina cessant, vel ad hoc omnia, vel aliquot ex his. Quam definitionem omnium aptissimam reputat Navarrus, (d) singula ejus verba explicans.

3. Quæ denuntiationis duplitem sit, aut ratione publici delicti (quo casu quilibet de populo denuntiare poterit, sicut, & accusare, si prohibitus non invenitur) aut ratione alicujus muneris, & officii peculiaris, ut puta, quando Custos agrorum denuntiat de criminibus in agro commissis, vel quando Edilis de-

(a) Ut probat text. in cap. Licet Heli, de Simon. & in Extravag. Ad reprimendum, & in leg. Ea quidem, ubi late Salicet. Cod. de Accusat. text. in leg. 27. tit. 1. Part. 7.

(b) Ut constat ex Henric. Panorm. & Navar. notab. 5. in cap. Novit, de Jure. & ex Præpos. in Summ. 2. quæst. 8.

(c) Secundum Præpositum, ubi supr. & Bernard. Diaz in Praxi Crimin. cap. 6. & Bolsium in Praxi Crimin. tit. de Denuntiat. & Simanc. de Instit. Cathol. tit. 19. n. 1.

(d) In dict. cap. Novit, notab. 5. n. 2.

(e) Juxta text. in leg. 1. §. fin. ff. de Offic. Præf. Urb. & text. in leg. Ea quidem, Cod. de Accusat. tradunt Bart. & alii in leg. D. Adrianus, ff. de Cast. reor.

nuntiat de his, qui transgrediuntur Ordinarium Civitatis, vel quando Fidei publicus denuntiat de aliquo crimine: 4. quos officiales publicos ad maleficia denuncianda creare poterit Judex, vel quilibet Civitas merum imperium habens. (e)

5. Similiter Judex Fidealem creare poterit in certa causa, & delicto, quando non est generalis Fidei constitutus. (f) Et hinc oritur praxis, quæ el fuez dice, quæ porque esta causa no queda indefensa, para que mejor se siga, criaba, y cria por Fiscal à Fulano, &c. 6. Et quilibet creari poterit Fidealis, qui prohibitus non reperitur accusare. (g) Quo fit, infamem creati non posse Fidealem, secundum Bernard. Diaz. (h)

7. Qui Fideales denuntiare poterunt quacunque personas, & quacunque delicta: (i) ita in foro Ecclesiastico praxis observat; (j) de jure tamen Regio in foro seculari Fidealis non admittitur ad denuntiandum, nisi de notoriis criminibus, vel nisi delatorem assignaverit, ut probat text. in leg. 6. tit. 13. lib. 2. Recop. quod etiam in foro Ecclesiastico observandum erit: ideoque in Concilio Compostelano, Actione 3. Decreto 23. & in Toletano Actione 2. Decreto 12. statutum est, Fidealem admittendum non esse ad denuntiandum, nisi præcedente infamia, & informatione: qui Fidealis probare debet crimina, quæ denuntiat; (k) alioquin in expensis condemnandus erit, si reus venerit absolvendus. (l)

## EX §. UNICO.

## SUMMARI A.

- 1 Denuntians coram Judice competente, & Tabellione per viam actus in scriptis suam denuntiationem redigit.
- 2 An libellus in denuntiatione offerendus.
- 3 Solemnitates in accusatione requisitæ, in denuntiatione necessariae non sunt.
- 4 Qui calumniam in denuntiatione commisit.

Z2

(f) Ut probat text. & ibi notat Bart. & Plat. in leg. 2. Cod. de Delator. lib. 10.

(g) Secundum Bart. in dict. leg. D. Adrianus, n. 7. & Salicet. in dict. leg. Ea quidem, n. 11.

(h) In Praxi Crimin. cap. 6. n. 2. in hoc tamen distinguit Socin. in dict. cap. Qualiter, & quando II. n. 244. referens, & sequens Angellam.

(i) Ut firmat Salicet. ubi supr. n. 14. & Præpos. in Summ. 2. quæst. 8. n. 170. & 174.

(j) Secundum Bernard. Diaz in dict. cap. 6. n. 3.

(k) Secundum Bart. in dict. leg. D. & Salicet. in dict. leg. Ea quidem, n. 23.

(l) Secundum Salicet. ubi supr. n. 28.

seriptur penitendus erit.

5 Libellus denuntiationis.

6 Denuntiationis modus per viam actus inscriptis.

7 Oblata denuntiatione, data, & recepta summaria informatione, & denunciatio culpabilis invento, vel indicio in eum emergentibus, Judex denuntiatum personaliter capit, & confessionem ab eo recipit.

8 Denuntiationis copiam denunciatio datur, qui litem contestari tenetur, & partes ad probationem recipiuntur, & testium fit publicatio.

9 Publicatis attestacionibus, adhuc possunt testes examinari de novo: & deinde proceditur, sicuti quando per viam accusacionis.

### §. UNICUS.

DE STYLO FULMINANDI PROCESSUM  
per viam denuntiationis.

I. Quando aliquod peccatum publicum, vel aliud crimen venerit denunciandum per Fiscalem, Edilem, Custodem, aut per alium de populo, denuntians comparet coram Judice competente, & coram Tabellione, & per viam actus in scriptis redigit suam denuntiationem, & aliquando de ea libellum porrigit, qui in denuntiatione necessarius est, secundum Speculatorem. (a) 2. Sed plures Doctores relati a Socino (b) firmant libellum denuntiatione non esse necessarium: ac ideo in praxi observatur, denuntiationem aliquando per libellum deferri, aliquando verò per viam actus.

3. Et quomodocumque proponatur, solemnitates in accusatione requiritæ, necessariae non erunt in denuntiatione: nec denuntians debet se inscribere, secundum Salicetum. (c) 4. Et si calumniam in denuntiatione commiserit, puniendus erit poenis, de quibus per DD. in cap. I. de Calumniatorib. (d) que denuntiat per libellum, vel per viam actus proponitur forma sequenti.

### LIBELLUS DENUNTIATIONIS.

Ilustre Señor.

5. Fulano, Fiscal de esta Audiencia, o Fiel, o Guarda, o como uno del Pueblo, en la mejor forma, que haya lugar de derecho, parezco ante Vmd. denunciando, co-

mo denunció, de Fulano, vecino de este Lugar, y contado el caso, digo: que es así, que el sobredicho reo denunciado, con poco temor de Dios, y menoscupio de su conciencia, y en desacato de la Justicia, tiene consigo en su casa a Fulana por manceba, durmiendo juntos en una cama, y comiendo, y bebiendo a una mesa, como si fueran marido, y muger, y ha mucho tiempo, que estan en este mal estado, y pecado publico, viviendo deshonestamente, y dando mal exemplo de su vida, y escandalizando al Pueblo, de lo qual se sigue gran deservicio de Dios nuestro Señor: en lo qual ha perpetrado, y comedido grave, y enorme delito, digno de punicion, y castigo, y incurrido en muchas, y graves penas, establecidas por fuero, y derecho, leyes, y pragmáticas de estos Reynos. Por ende a Vmd. pido, que habida mi relacion por verdadera, en la parte que baste del sobredicho denunciado, haga entero cumplimiento de justicia, condenandole en las mas graves penas puestas contra los tales amancebados, por fuero, derecho, leyes, y pragmáticas de estos Reynos, y executandolas en su persona, y bienes, para que a el sea castigo, y a otros exemplo, y en lo necesario el officio de Vmd. imploro, pido justicia, y costas: y juro en forma de derecho, que esta denunciacion no hago de malicia, &c.

### DENUNCIACION POR VIA DE AUTO.

6. En Salamanca, a tantos dias de tal mes, y año, ante el Ilustre Señor Licenciado Fulano, Teniente de Corregidor en la dicha Ciudad, y en presencia, y por ante mi el presente Escribano, y Testigos de yuso escritos, pareció Fulano, Fiscal de esta Audiencia, o Alguacil de esta Ciudad, o Fiel de esta Ciudad, o Guarda del campo, y caza, o como uno del Pueblo, y dixo: que estando prohibido por Leyes, y Pragmáticas de estos Reynos, y por Ordenanzas de esta Ciudad, que no se hiciesse tal cosa, o se vendiese tal mercaderia, Fulano, vecino de esta Ciudad, havia hecho, o mandado hacer tal cosa, y así, que denunciaba de el, por haver cometido el dicho delito, y por ello ha incurrido en graves penas. Por ende que pedia, y pidio a su Merced del sobredicho hiciesse entero cumplimiento de justicia, con-

dem-

demandole en las penas mas graves, puestas contra los tales delinquentes, y executandolas en su persona, y bienes, y pidio Justicia, y el officio de su Merced imploro, y juro en forma de derecho, que la dicha denunciacion no hacia de malicia, &c. Testigos Fulano, y Fulano.

7. Et tunc oblato libello denuntiationis, vel per viam actus facta predicta denuntiatione, Judex inquit, quod detur sibi informatio, & statim producitur unus testis, vel plures, & recepta summaria informatione, si Judex invenerit denuntiatum culpabilem, vel aliqua indicia adversus eum emeruerint, precipit eum citari, aliquando verbaliter, aliquando verò personaliter capi, secundum qualitatem negotii, & delinquentis: nam citatio denuntiatum, vel inquisitio necessaria est: (e) & deinde confessionem ab eo sub juramento recipit, & ita praxis observat, quamvis Speculator, (f) & Socinus (g) dicant, Judicem non posse hanc confessionem a denuntiatum sumere, nisi precederentibus sufficientibus indiciis ad torturam.

8. Postmodum copia denuntiationis datur denuntiatum, qui debet litem contestari, secundum Speculatorem: (h) & deinde partes recipiuntur ad probationem, & fit publicatio testium: g. & publicatis attestacionibus, Judex si voluerit, poterit de novo alios testes examinare, (i) & postea concluditur ad diffinitivam, vel ad torturam, & denique proceditur, sicuti quando per viam accusacionis, ut infra dicemus: & sententia diffinitiva profertur.

### EX CAPITE TERTIO.

#### SUMMARI A.

1. Quando procedatur per viam accusacionis: & quid sit accusare.
2. Quid sit accusatio.
3. Accusatio est res licita, & aliquando de precepto necessaria.
4. Tutã conscientia quis accusat, omisis his, de quibus hic.
5. Quo sensu accipiendi sint Matth. cap. 6. & Paul. ad Rom. cap. 12.
6. Accusatio in privatis delictis non est necessaria de precepto: in publicis autem sic, ut hic.
7. Accusatio, nec per viam actionis, nec per effectum judicis, sed per quoddam jus de per-

se competens pro exigenda vindicta expeditur.

8. Accusatio cui competat in privatis, & cui in delictis publicis.

9. Intelligitur text. in cap. 1. de Accus.

10. Quare aliqui prohibentur accusare.

11. Accusare prohibiti, suam, vel suorum injuriam prosequentes, admittuntur.

12. Consanguineus usque ad quartum gradum suorum injuriam persequi dicitur de fure Regio.

13. Consanguineus usque ad sextum gradum admittitur pro consanguineo de fure communi, sucta receptiorem sententiam.

14. Maritus inter suos connumeratur: & in accusando, seu remittendo prefertur filiis, & aliis conjunctis ejus uxori.

15. Ille in accusatione prefertur, qui majori dolore judicium exacturus est: quod in muliere presumitur.

16. Inter dispares gradu proximior ad accusandum admittitur.

17. Consanguineis pluribus concurrentibus in eodem gradu, omnes simul ad accusandum admittuntur.

18. Consanguineorum aliquo accusante, qui post litem contestatam supervenerit, non admittitur.

19. Accusatoribus pluribus extraneis ad accusandum concurrentibus, Judex magis idoneum eligit.

20. Quod de accusandis criminibus dicitur, etiam de illis remittendis dicendum est.

21. Clericus, alias prohibitus laicum accusare suam, vel sue Ecclesie injuriam prosequendo, cum accusare poterit, si pena sanguinis non venit infligenda.

22. Clericus, ubi pena sanguinis infligenda venit, laicum accusare potest cum protestatione, quod ad eam non deveniat.

23. Protestatione predicta non obstante, Judex ad sanguinis poenam procedit, nec ob id Clericus irregularis efficitur.

24. Clericus propter predictam protestationem irregularitatem effugit, si etiam verò fiat, Judicem mortem illaturum, & eam desideret.

25. Inquisitores tradentes Curie Seculari hereticos, irregularitatem non incurrunt in fidei favore.

26. Accusatio duplex oritur ex quocunque crimine.

27. Accusatio etiam duplex ex quolibet crimine.

(e) Argum. text. in dict. cap. Qualiter, & quando II. & probatur in Auth. Ut nulli judicem, §. Si vero quis, Colat. 9. & tradit Socin. dict. cap. Qualiter, n. 725.

(f) In tit. de Inquisitione, §. Vito igitur, n. 19. & 24.

(g) Dict. cap. Qualiter, & quando II.

(h) In dict. §. Vito igitur, n. 6. & Socin. dict. cap. Qualiter II. n. 266.

(i) Secundum DD. in cap. Cum clamor, de Testib. & Bart. in leg. 2. §. Si publico, n. 15. ff. de Adul.

(a) In tit. de Inquisitione, §. Vito igitur, n. 6.

(b) In dict. cap. Qualiter, & quando II. n. 731.

(c) In leg. Ea quædam, n. 17. Cod. de Accus. & Socin.

in cap. Super his, n. 1. de Accus.

(d) Et per Bernard. Diaz in Pract. Crimin. cap. 6.

- mine, & injuria privata oritur.
- 28 Accusatio criminalis quid: & quid civilis.
- 29 Offensus, quocumque agat modo, ad damna, & interesse agere poterit.
- 30 Offensus, si labore, & industria sua victum querebat, poterit agere ad operas, quibus caruit, & cariturus sit toto tempore vite sua.
- 31 Offensus quomodo criminaliter, & civiliter eodem libello agere valeat.
- 32 Intellectus ad leg. 1. Cod. Quand. act. civ. prajud. crimin.
- 33 Crimina publica, aut privata.
- 34 Crimina publica, que dicantur.
- 35 Publicorum criminum accusatio cuiuslibet de populo competit.
- 36 Crimen in Dei, aut Principis offensam commissum publicum est.
- 37 Accusatio falsi cuiuscumque instrumenti, etiam non testamenti, publici iudicii est.
- 38 Crimina privata, que dicantur.
- 39 Crimina privata ea sunt, que inter publica non connumerantur.
- 40 Accusatio privati delicti illi, cuius interest, competit.
- 41 Consequenter hac non procedit semper: quilibet poterit de tali crimine accusare; ergo crimen publicum est.
- 42 Accusare potest quilibet de populo pro illa pena, qua Fisco applicanda venit ex crimine privato.
- 43 Accusatio suspecti tutoris cuiuslibet de populo competit.
- 44 Accusatio de suspecto tutore publici iudicii non est.
- 45 Crimen publicum tripliciter dicitur, & quando latissimi.
- 46 Crimen, quando late publicum dicitur.
- 47 Crimen, quando strictè publicum sit.
- 48 Damatus de crimine publico strictè sumpto efficitur infamis.
- 49 Crimina, que puniuntur ex aliqua Rubrica incipienti, Ad leg. & dicuntur descendere ex lege publicorum iudiciorum.
- 50 Crimen publicum esse, vel privatum, magni effectus est, & cuius effectus sit.
- 51 Crimina omnia de iure Canonico publica sunt.
- 52 Per inquisitionem iudicis, saltem ad imponendam penam extraordinariam, iam hodie pro quolibet crimine privato procedi potest.
- 53 Delictorum materia iam statutis, & consuetudinibus immuta est: ut vix publica & privati discernantur.
- 54 Delicta levia, gravia, graviora, & gravissima esse.
- 55 Delicta levia, que dicantur.

- 55 Delicta ex parvitate causa, & qualitate pane levia iudicantur.
- 56 Delicta gravia, que dicantur.
- 57 Delicta graviora, que dicantur.
- 58 Delicta gravissima que.
- 59 Delicta, undecumque claruerint, puniendia.
- 60 Pena delictorum quare requiritur.
- 61 Praxis praconizantium, paraque à elica calligo, y à otros exemplo, &c. unde orta.
- 62 Delictorum publicatio, paraque eorum executio publicè, & non noctu faciendia.
- 63 Causa iusta facit licitum recedere à iure Communi.
- 64 Iudex, qui absque iusta causa secreto executionem iustitia facit in syndacatu tenetur.
- 65 Delicta qualiter cognoscantur esse levia, graviora, &c. quod arbitrio iudicis relinquitur.
- 66 Delicta qualia sint, ex qualitate pene iudicanda.
- 67 Philippum II. interrogasse à suo Senatus que delicta atrociora essent, refert Julius Clarus: & quid responsum.
- 68 Delicta que gravia, & que gravissima, aut atrociora, secundum Julium Clarum.
- 69 Delicta quedam ordinaria, quedam extraordinaria, & que illa sint.
- 70 Delicta quedam nominata, & quedam innominata, & que illa sint.
- 71 Delicta quare innominata appellantur.
- 72 Delicta quedam capitalia, quedam non capitalia.
- 73 Homo triplex caput habet.
- 74 Crimen capitale, quando dicitur.
- 75 Crimen, propter quod quis civitatem amittit, capitale dicitur.
- 76 Crimen capitale dicitur tribus modis.
- 77 Delicta quedam Ecclesiastica, quedam secularia, quedam mixta.
- 78 Delicta merè Ecclesiastica, que sint.
- 79 De crimine barefis Ecclesiasticus iudex solus cognoscit.
- 80 De simonia solus Ecclesiasticus iudex cognoscit.
- 81 Delicta merè secularia, que dicantur.
- 82 Crimina mixta, que dicantur.
- 83 Accusatio cuiuslibet delicti viginti annis prescribitur.
- 84 Accusatio adulterii quinquennio prescribitur.

CAPUT TERTIUM.

DE MODO PROCEDENDI PER VIAM accusationis.

I. PER viam accusationis proceditur in causis criminalibus, quando iudex ad instantiam alicujus accusatoris procedit: est enim accusare, alicquem reum criminis in libello deferre: (a) 2. & inde accusatio est delictio criminis ad vindictam publicam in iudicio, legitima interveniente subscriptione. (b)

3. Ex qua definitione inferitur, quod accusatio est res licita, & aliquando necessaria de precepto: nam si delatio criminis ad publicam vindictam, que in cognitione criminum versatur, licita est; ergo, & accusatio: quia si singulis prodesse bonum est, à fortiori bonum erit prodesse universis. 4. Unde tutata conscientia poterit quis alicquem accusare, profequendo suam, vel suorum injuriam, dum tamen id faciat motus zelo iustitiæ, omnino odio, rancore, & ira, & animo ulciscendi remoto, juxta text. & ibi gloss. in cap. Si is, qui Prælati 23; quest. 4. & (c) text. & ibi gloss. in cap. 2. de Homic. in 6. ubi dicitur, quod offensus tenetur remittere rancorem, non verò satisfactionem, & damnum injuriæ: (d) 5. & in hunc sensum est accipiendum illud Matth. cap. 6. & Pauli ad Romanos cap. 12. non vos defendentes, id est, non vos vindicantes, fratres charissimi; sed date locum ira.

6. In privatis verò delictis accusatio non est necessaria de precepto, & in eis intelligi potest text. in leg. unica, Cod. Ut nemo inult. agere, vel accus. compell. ceterum in publicis criminibus tendentibus in perniciem Reipublice, cuius proximum objectum est bonum commune, quando probari possunt, nec per aliam viam, quam per accusationem bono communi consulti potest, tunc accusatio necessaria erit de precepto, secundum D. Thomam. (e)

7. Secundò inferitur ex dicta definitione, accusationem non expediri, nec per viam actionis, nec per officium iudicis, cum ad vindictam publicam intendatur: sed iudicia publica, nec per actionem ordinantur, nec quicquam simile habent cum cæteris iudiciis; (f) ergo nec per viam actionis, nec per officium iudicis accusatio expeditur. Unde dicendum erit, quòd accusatio est quoddam jus de perse, competens parti pro exigenda vindicta, secundum Baldum, (g) & hanc sententiam defendit Ant. Gomez (h) contra Bart. Alexand. & Aret. asserentes, accusationem esse officium iudicis nobile residens in parte.

8. Accusatio verò in privatis delictis competit ei, cuius interest: in delictis autem publicis competit cuilibet de populo, & forensi, dummodo aliqua lege prohibitus non sit. (i) 9. Et hinc inquit text. in cap. 1. de Accusat. quòd accusator debet esse legitimus, id est, qui aliqua lege non sit prohibitus accusare: legitimus enim dicitur, qui secundum leges est, (j) & ratio est, quia sicut non est salutare Reipublice, omnia crimina accusando prosequi, (k) ita non erit salutare ab omnibus accusationem proponi: 10. alioquin contingeret aliquando, privato odio, & calumnia innocentes iniqua accusatione fatigari: & aliquando nocentes penam evadere pravariatione, vel tergiversatione accusatoris. (l) Contingeret etiam, criminis reum accusare criminolum, contra illud Luce cap. 6. Qui trabem gestat in oculo, festucam de oculo fratris eruere non potest: (m) ob idque in supradictis viribus variæ personæ arcentur ab accusando, 11. Personæ tamen prohibita legibus accusare, bene admittuntur ad accusandum, profequendo suam, vel suorum injuriam. (n) 12. Et suorum injuriam prosequi dicitur de iure Regio consanguineus usque ad quartum gradum, ut probatur in leg. 2. & in leg. 26. tit. 1. Part. 7. De iure vero Communi sunt variæ opiniones in isto articulo: nam Glossa (o) tenet, quod consanguineus usque ad septimum gradum ad-

(a) Ut in leg. Libellorum, 3. ff. de Accusat.  
 (b) Et hanc definitionem dicit receptiorem Felin. in Rubric. Extra de Accus.  
 (c) Gloss. cap. Si quis contristatus 90. Distinct.  
 (d) Et notat Panorm. in cap. 1. de Injur. Innoc. Anton. Aret. & alii in cap. Accusasti, de Accusat.  
 (e) 2. 2. quest. 68. art. 1. quem explicat Cajetan. ibi, & Soto, lib. 5. de Iustit. & iure, quest. 5. art. 1.  
 (f) Ut probatur in princ. Inst. de Pub. iud.  
 (g) In leg. Imperium, lect. 1. n. 2. & ibi Jass. n. 17. ff. de Jurisdic. omni. iudic.  
 (h) In 3. tom. Variar. cap. 1. n. 30.  
 (i) Ut probat text. in leg. Qui accusare, & ibi DD. ff. de Accus. & in cap. Prohibentur, 2. quest. 1. & in leg. 2. t. 1. Part. 7. & in leg. 1. tit. 20. lib. 4. For. & probatur

in princ. Inst. de Public. iudic. & in leg. 14. tit. 8. Part. 7. Tradunt Specul. in tit. de Accusatoribus, 5. Item refertur Gandinus in Tract. Maleficiorum, 2. quest. princ. & Ant. Goom. dict. cap. 1. n. 28. & 31.  
 (j) Ut in leg. Alus legitimi 78. ff. de Regul. jur.  
 (k) Ut in cap. Si omnia 6. quest. 1.  
 (l) Juxta text. in cap. Si quem punitur 2. quest. 3.  
 (m) Ut in cap. Qui crimen 6. quest. 1.  
 (n) Juxta text. in leg. Hi tamen omnes, ff. de Accusat. & in leg. Non prohibentur, & in leg. Non ignorat, & leg. fin. Crimen, & leg. de Crimine, Cod. Qui accus. non poss. & in leg. 2. tit. 1. Part. 7.  
 (o) In leg. Si famina, Cod. Ad s. C. Turpil. recepta ibi à Bartol. Ang. Fulg. & Salic.

mittitur ad accusandum pro consanguineo.  
 13. Tamen vera, & magis recepta opinio de *Jure Communi* est, quod consanguineus admittatur pro consanguineo usque ad sextum gradum, ut probatur in leg. 4. ff. de *Testam.* juncta leg. *Jurifonsultus*, §. *Quinto gradu*, & §. *Sextu gradu*, ff. de *Grad.* ubi dicitur, quod nemo cogitur testificari contra consanguineum usque ad sextum gradum, sed suorum injuriam dicitur prosequi, qui invitus non cogitur dicere testimonium in causa criminali: (p) ergo de *Jure Communi* suorum injuriam dicitur prosequi consanguineus usque ad sextum gradum. Et hanc opinionem cum pluribus defendit Boerius, (q) & Anton. Gomez. (r) Plaza vero (s) resolvit, de *Jure Communi* frequentiore opinionem esse, usque ad decimum gradum consanguineis competere jus accusandi, & remittendi necem defuncti.

14. Quibus adde, maritum connumerari inter suos, de cujus morte uxor poterit accusare; quinimo in accusando, & remittendo delictum præferenda erit filiis, & reliquis consanguineis mariti: nam cum sit una caro, reputatur magis conjuncta persona: (t) 15. præsertim, quia in accusatione præsertur ille, quem scimus majori dolore judicium exacturum, (u) quod in muliere præsumitur à communiter accedentibus; licet Albericus (x) firmet, contrarium esse præsumendum.

16. Sed si plures consanguinei dispares in gradu concurrerint ad accusandum aliquem, prosequendo injuriam sui consanguinei, tunc proximior consanguineus admittendus, & præferendus erit; (y) 17. si vero consanguinei sunt in eodem gradu, & simul concurrerint omnes, simul erunt admittendi: (z) 18. si tamen unus ex eis prius accusaverit, & post litem contestatam alius supervenerit, etiam in eodem gradu, admitti non debet. (a) 19. At verò si plures extranei concurrant ad accusandum delictum

publicum, non erunt omnes admittendi, sed Judex eligit magis idoneum. (b) 20. Et idem jus observandum erit circa remissionem delicti faciendam: nam proximior erit præferendus, & si omnes in eodem gradu fuerint, ab omnibus remissio erit facienda, secundum Anton. Gomez. (c)

21. Ex supradictis etiam inferitur, quod licet Clericus prohibitus sit accusare laicum coram Judice Sæculari de delicto publico, (d) tamen si prosequatur propriam injuriam, vel Ecclesie sue, bene poterit laicum coram Judice Sæculari accusare, si ex tali delicto poena sanguinis imponenda non venerit; (e) 22. si vero poena sanguinis ex tali delicto infligenda venerit, bene poterit Clericus laicum accusare coram sæculari, cum *protestatione*, quod *Judex ob suam accusationem ad poenam mortis, mutilationis membri, vel sanguinis non procedat*; 23. & prædicta protestatione non obstante, Judex infligere poterit poenam mortis, mutilationis membri, vel sanguinis. Nec ob id Clericus irregulariter efficietur, ut probatur in cap. 2. de *Homicid.* in 6. (f) 24. quam irregularitatem Clericus ex prædicta *protestatione* evadit, etiam si animo desideret, vel certo sciat, Judicem illaturum esse mortem accusato, etiam injustè: (g) quia text. in dict. cap. 2. tantum agit de protestatione expressa, de animo vero nihil dicit.

25. Et hinc dicitur, quod ob prædictam protestationem Inquisitores hereticæ pravitatis tradentes Curie Sæculari hereticos, effugiunt irregularitatem, quia rogant Judices Sæculares, ut non afficiant damnatos morte, vel mutilatione. (h) Verum enim vero exilimo, Inquisitores non evadere irregularitatem ob dictam protestationem: nam si hoc esset verum, sequeretur, quod non effugerent irregularitatem, quando pro hereticis damnatis non rogarent, ut puta, quando tradunt hereticos

(p) Juxta text. in leg. 2. ff. de *Accusat.*  
 (q) In Decis. 1. part. decis. 210. Aymon Craver. consil. 230. 1. part. Conf. & Folier. in Pract. Crim. 2. part. 2. part. pag. 150.  
 (r) 3. tom. Variar. cap. 10. n. 34.  
 (s) In Epitome delict. cap. 39. n. 13.  
 (t) Ut probatur in cap. *Gaudemus*, §. *Quia verò*, de *Divort.* & in leg. 14. tit. 8. Part. 7. & tradit Anton. Gom. in dict. 3. tom. cap. 1. n. 32. & in cap. 3. n. 68. & D. Anton. à Padill. leg. *Transigere*, n. 57. Cod. de *Transact.* & Plaza in Epitome delict. cap. 40. n. 2. & Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 14. n. 8.  
 (u) Arg. text. in leg. 2. ff. *Ad leg. Juliam*, de *Adult.*  
 (x) In leg. pen. §. fin. n. 7. ff. *Nau. caus.*  
 (y) Argum. text. in leg. *Si plures*, ff. de *Accusat.* & probat expressè text. in leg. 2. §. *Si simul*, ff. *Ad leg. Juliam*, de *Adult.* & ibi notat Barr. & alii.

(x) Juxta text. in leg. 3. §. *Si ad plures*, ff. de *Sepulchris*, ubi firmans gloss. Barr. & Aug. & communiter omnes.  
 (a) Secundum Salic. in leg. *Qui de crimine*, Cod. de *Accusat.* opposit. §. 8. & 7.  
 (b) Juxta text. in dict. leg. *Si plures*, & in leg. *Si vero*, §. *Hac autem*, ff. de *His qui eger. vel effud.*  
 (c) 3. tom. cap. 1. n. 35. in fin.  
 (d) Ut probatur in cap. *Sacerdotem* 2. quæst. 7.  
 (e) Ut probatur in cap. *Cum sit generale*, de *For. comp.*  
 (f) Et notat Panor. in cap. *Cum P. Matucunda*, num. 8. de *Accusat.*  
 (g) Secundum gloss. verb. *Justitia*, in dict. cap. 2. & communiter omnes ex Covar. in Clement. *Furiosus*, 2. part. §. 5. n. 1. cum duobus sequentibus.  
 (h) Juxta text. cap. *Novimus*, de *Verb. signif.* & in leg. 60. tit. 6. Part. 1. & affirmat Covar. ubi supr. n. 6.

relapsos, pro quibus non rogant: (i) sed tunc non incurrit irregularitatem; ergo non illam evadunt ob dictam protestationem; quamobrem verius erit dicere, Inquisitores tradentes Curie Sæculari hereticos irregularitatem non incurtere, quia hoc specialiter fuit inductum in fidei favorem. (j)

26. Adverte, quod ex quocumque crimine duplex accusatio oritur, una *criminalis ad vindictam Reipub.* & altera *civilis in factum ad interesse*; vel dampnum parti applicandum. (k) 27. Et pari modo ex quolibet crimine, & injuria privata oritur duplex accusatio, criminalis, & civilis. (l) 28. Criminalis accusatio dicitur, quando *passus injuriam accusat delinquentem ad poenam criminalem*: civilis verò est, quando *agit ad poenam pecuniariam sibi applicandam*, in qua æstimat offensam, & injuriam illatam sibi.

29. Et hinc constat, offensum agere posse criminaliter, vel civiliter, & quocumque modo intenter agere poterit ad damna, expensas, & interesse pro injuria eidem illata, & ad omnes sumptus, quos in cura fecit, & ad omne lucrum, quod lucrari poterat, si talis injuria non fuisset sibi illata. (m) 30. Unde si offensus erat officialis, & persona, quæ suo labore, & industria acquirebat victum, & reliqua necessaria, poterit agere ad operas, quibus caruit dum esset infirmus, & ad eas, quibus cariturus esset toto tempore vitæ suæ, si remansit claudus, vel debilitatus; ita quod laborare non possit. (n) 31. Quo fit, offensum posse simul in eodem libello agere criminaliter, & civiliter, si civilem intenter *incidenter*, implorando officium Judicis pro interesse, &

damnis. (o) Nec obstat text. in leg. 1. Cod. *Quand. act. civ. præjud. crim.* ubi dicitur, quod utraque actio civilis, & criminalis, non potest simul intentari, quia una est *præjudicialis* ad aliam: (p) 32. nam respondeo, quod dicit leg. 1. loquitur; & intelligitur; quando utraque accusatio principaliter simul in eodem libello intentaretur, quod fieri non potest; (q) tamen *incidenter*, implorando officium Judicis, civilis potest intentari in libello accusationis criminalis, ut supra diximus, & resolvit cum communi Julius Clarus. (r) Ex quibus constat, libellum accusationis tripliciter concipi posse, vel *criminaliter tantum*, vel *civiliter*, vel *criminaliter & civiliter simul*.

33. Adverte insuper, quod crimina, quædam sunt *Publica*, quædam vero *Privata*. (s) 34. Publica enim sunt, quæ ex lege *publiciorum indiciorum descendunt*, ut puta crimen *lese Majestatis*, adulterii, homicidii, parricidii, peculatus, falsi testamenti, vis publica, vel privata, ambitus, repetundarum, annona, (t) 35. & dicuntur publica, quia *cuiuslibet de populo eorum accusatio competit*, ut in princ. Instit. de *Public. jud.* & firmant DD. communiter ex Socin. (u) Anton. Gomez. (x) & Julio Claro, (y) qui resolvit cum communi DD. 36. crimen commissum in offensam Dei, & in offensam Principis publicum esse, ejusque accusationem permittam esse cuiuslibet de populo: 37. & similiter accusationem falsi alterius instrumenti, quam testamenti, etiam esse publici iudicii, cuiuslibet de populo competere. (z) Et hanc resolutionem deducit ex princ. Instit. de *Public. judic.* defendit Joa. Robertus. (a) Cui resolutioni obstat videbantur ea, quæ infra in isto

Aa cap.

(i) Ut probatur in cap. *Ad abolendam*, cap. *Excommunicamus*, §. *Damnati*, Extra de *Heret.* & in cap. *Super eo*, de *Heret.* in 6. & tradit Simanc. in lib. de *Instit. Cachol.* cap. de *Judicibus Sæcularibus*.  
 (j) Secundum Archid. in Summ. 23. quæst. 8. in fin. & Summam *Athesianam*, 2. part. lib. 6. tit. 14. art. 3. in fin.  
 (k) Ut probat text. in leg. *Qui nomine*, ff. *Ad leg. Cornel. de Fals.* & ibi Bartol. & omnes, & notat gloss. in leg. *Definitio*, ff. de *Public. judic.* & ibi Bartol. & resolvit Anton. Gom. 3. tom. cap. 3. n. 37.  
 (l) Ut probatur in leg. *Prætor edixit*, §. *Possit*, ff. de *Injur.* & in §. *In summa*, Instit. de *Injur.* & in leg. 21. tit. 9. Part. 7.  
 (m) Ut probatur in dict. leg. *Qui nomine*, & in leg. *Item apud Labonem*, §. *Si quis servo*, ff. de *Injur.* & in leg. *Qui servum*, ff. de *Off. & oblig.* & ibi gloss. firmat etiam gloss. & DD. communiter in cap. 1. de *Injur.*  
 (n) Ut probat text. in leg. fin. ff. de *His, qui dejet. vel effud.* & in leg. *Ex hac lege*, ff. *Si quadr. paup. feciss. dic.* & in §. *Ob hominem*, Instit. de *Oblig. quæ ex quasi delict. nasc.*  
 (o) Arg. text. in leg. *Interdum* 2. §. *Qui furem*, ff. de *Furt.* quem text. notat ibi Bartol. & omnes, & ad hanc conclusionem not. Angel. in dict. leg. *Apud Labonem*, §. *Si quis servo*, ff. de *Injur.* & Bald. in leg. *Dominum*, Cod. de

*Injur.* & Marant. de *Ord. Judic.* 4. part. distinct. 1. n. 20. & ita in *Praxi* quotidie observatur.  
 (p) Per quem text. ita firmant Bartol. in leg. 2. §. *Hæc editio*, ff. de *3. bon. rapr.* & Egid. Bofsius in *Pract. Crim.* tit. de *Accusatione*, n. 11.  
 (q) Juxta text. in leg. *Interdum*, ff. de *Public. judic.* qui semper ad hoc allegatur, secundum Jul. Clar. lib. 5. *Receptarum*, §. fin. quæst. 2. n. 1.  
 (r) In dict. lib. 5. §. fin. quæst. 2. n. 2. quem ad istum articulum omnino vide.  
 (s) Ut constat ex tit. ff. de *Public. judic.* junct. tit. ff. de *Priv. delict.*  
 (t) Quorum meminit leg. 1. & ibi gloss. ff. de *Public. judic.*  
 (u) In cap. *Veniens*, n. 40. de *Accus.*  
 (x) 3. tom. Variar. cap. 1. post n. 1.  
 (y) Lib. 5. *Receptarum* litemiarum, §. 1. n. 1. & n. 2. cum duobus sequent.  
 (z) Ex gloss. & Bartol. n. 2. in dict. leg. 1. de *Publ. jud.* & Angel. in §. *Item lex Cornelia*, ante n. 1. Instit. de *Publ. judic.* & Rubic. consil. 12. n. 7.  
 (a) Lib. *Sententiarum*, cap. 10. ad impugnationem *Duarenii*, lib. 1. *Disputat.* cap. 36. *Hocmani* de *Verbis juris*, verb. *Judicia*, & *Bronium*, verb. *Publica*, de *Verbor. sign.* & aliorum.

cap. adjicimus à num. 41. sed eis erit satisfaciendum per ea, quæ in eodem cap. dicimus, num. 44. 38. Privata vero delicta dicuntur, sicuti crimen furti, injuriarum, arborum furtim cessarum, abigatus, bonorum raptorum, & alia hujusmodi, de quibus in lib. 47. Digest. à titulo de *Privatis delictis*, usque ad titulum de *Publicis judiciis*. 39. Et denique privata dici possunt illa omnia, quæ non connumerantur inter publica delicta: 40. ideo privata dicuntur, quia eorum accusatio regulariter non competit, nisi illi, cuius interest, pro sua injuria, non pro aliena. (a)

41. Circa quam tamen resolutionem oportet considerare, quòd non semper est necessaria consequentia, quòd quilibet potest accusare de tali crimine; ergo crimen publicum est: 42. nam de crimine privato, propter quòd venit imponenda poena pecuniaria applicanda Fisco, quilibet de populo accusare potest pro illa poena; & tamen crimen publicum non dicitur. (b)

43. Præterea accusatio suspecti tutoris cuiuslibet de populo competit, etiam si agatur ad purgationem, vel remotionem, (c) & tamen iudicium accusationis de suspecto tutore publicum non est. (d) 44. Quamobrem Bartolus (e) inquit, quòd crimen publicum tribus modis dici potest, primo modo latissimè, ut eo ipso quòd publica utilitas intenditur, ne delicta remaneant impunita, (f) nempe, ut corporaliter quis puniatur, vel poena Fisco applicetur, licet alius accusatio de tali crimine cuiuslibet non competat, ut si tale crimen privatum sit, & hoc modo sumitur in leg. *Quod Senatus conf.* & in leg. *Pretor*, §. *Si dicatur*, ff. de *Injur.* & in leg. *Locatio*, §. *Quod illicite*, ff. de *Publican.* ubi crimen injuriarum, quòd privatum est, dicitur publicum, intelligi debet in latissima significatione: nec obstat huic resolutioni text. in leg. 2. §. *Deinde Cornelius*, ff. de *Orig.*

jur. ubi inter alia crimina publica connumeratur crimen injuriarum: nam respondeo, quòd illud, quòd ibi dicitur de injuriis, deest in Pandectis Florentinis, secundum notulam positam super illo text. Et isto modo potest etiam intelligi glossa fin. in cap. 1. de *Collus. deteg.* quatenus tenet, de *Jure Canonico* omnia crimina publica dici. 45. *Secundo modo*, crimen publicum dicitur latè, eo ipso quòd accusatio cuiuslibet competit, civiliter tamen. (g) 46. *Tertio modò*, crimen publicum strictè sumitur: & hoc modo sumitur in leg. 1. & rot. tit. ff. de *Public. judic.* 47. ad effectum ut damnatus de eo statim infamis efficiatur, ut in leg. penult. §. *Ad crimen*, & in leg. *Infamem*, ff. de *Public. judic.* & tunc illud solum dicitur crimen publicum, quòd expresse de jure cautum est, quòd publicum sit. 48. Et hinc Angelus in dict. leg. 1. inquit, quòd omnia crimina, quæ puniuntur per ea, quæ habentur in aliqua rubrica incipienti, *Ad legem* &c. ut putà *Ad leg. Juliam Majestatis*, *Ad leg. Juliam de Adulteriis*, & *Ad leg. Juliam de Sicariis*, & sic de aliis, talia dicuntur descendere ex leg. *Publicorum judiciorum*: quòd apparere dicit ex dict. leg. 1. ff. de *Public. judic.* rectè intellecta, & in illis, inquit, quòd non est necesse, quòd sint publica.

49. Et est magni effectus, an crimen sit publicum, vel privatum: nam damnatus de crimine publico regulariter infamis efficitur non ita condemnatus de privato, ut in dict. leg. *Infamem*: rursus in crimine privato solummodo admittitur ad accusandum ille, cuius interest; in publico vero quilibet de populo, ut supra diximus, 50. Quæ omnia procedunt de *Jure Civili*; ceterum de *Jure Canonico* omnia crimina publica dicuntur, secundum Glossam. (h) Et hinc Practica Milei (i) inquit, quòd *hodie* titulus de *Privatis delictis* non est in usu, 51. Ex quo infert Julius Clarus (j) pro quo-

(a) Ut in leg. 3. ff. de *Priv. delictis*. & in leg. 3. §. *Si it. ff. de Sepul. viol.* & notat gloss. & DD. in leg. fin. ff. de *Priv. delictis*. & resolvunt DD. communiter ex Socin. ubi supr. n. 41. & Anton. Gom. in dict. cap. 1. num. 9. & Julio Clar. ubi supr. n. 5.  
(b) Ut notat gloss. singularis in Rubr. ff. de *Popul. action.* & idem ibi tenet Bart. ad hoc allegans text. in leg. *Qui sepulchra*, Cod. de *Sepul. viol.* & in leg. 1. ibi: *Vel ut accusatio peccatorum*, ff. de *Jure Fisci*, junct. leg. 3. §. fin. ff. de *Priv. delictis*. & facit text. in dict. leg. 1. ff. de *Jur. Fisci*. ibi dum dicit: *Rem litigiosam venditari*, junct. leg. fin. Cod. de *Litig.* & ibi idem sentit gloss. & tenent Bartol. & Bald.  
(c) Ut in leg. 1. §. *Consequens*, & §. fin. ff. de *Suspect. tutor.* & in §. *Consequens*, Instit. eod. tit. quæ jura indistinctè loquuntur, & sic indistinctè intelligi debent, ut in leg. de *Precio*, ff. de *Publ. in rem act.* & in cap. *Si Romano-rum* 19. Distinct.

(d) Ut tenet Bart. in dict. leg. 1. ff. de *Public. judic.* cuius opinionem sequitur Soc. ubi supr. n. 43. dicens, eam meliorem esse, quamvis gloss. & Ang. in dict. leg. 1. oppositam teneant.  
(e) In dict. leg. 1. n. 7.  
(f) Ut in leg. *Ita vulneratus*, ff. *Ad leg. Aquil.*  
(g) Ut in leg. *Eum qui*, §. *In popularibus*, ff. de *Furejor.* leg. 1. & 2. ff. de *Popul. act.* & in leg. fin. ff. de *Term. mor.* & hoc etiam modo sumitur in leg. 1. §. *Consequens*, ff. de *Suspect. tutor.* cum similibus, & in dict. leg. *Quod Senatus* in princ.  
(h) Fol. 147. n. 32.  
(i) Ubi supr. n. 6.  
(j) In cap. *Infames*, verb. *Fures* 6. quart. 1. & ita Canonistas tenere, firmat Bald. in Rubr. Cod. *Qui accus. non poss.* n. 10. in fin. & Anan. in cap. *Statimus*, post n. 19. de *Malef.*

libet crimine privato posse procedi, etiam ex *Judicis officio*, & sic per inquisitionem, saltem ad imponendam poenam extraordinariam: 52. & tandem ibi resolvit, quòd materia delictorum in tantum est hodie immutata à statutis, & consuetudinibus locorum, quòd, vix distinguantur in tantum publica crimina à privatis, & quòd tutius esset adherere statuto, vel consuetudini illius loci, in quo fuit crimen commissum, & secundum illa declarare, quæ sint publica, & privata delicta.

53. Adverte rursus, quòd delictorum quædam sunt *levia*, quædam *gravia*, quædam *graviora*, & quædam *gravissima*, ut docet Bartolus. (j) 54. *Levia enim dicuntur, in quibus non intervenit dolus, aut damnum injuria datum*, (k) 55. quia ex paritate causæ, & qualitate poenæ levia judicantur. (l) 56. *Gravia dicuntur crimina privata, quæ dolum requirunt, & magnum afferunt nocumentum*. (m) 57. *Graviora nuncupantur, quæ ex animo proveniunt, sive publica, sive privata sint*. (n) 58. *Gravissima vero sunt crimina publica, pro quibus imponitur poena mortis*, (o) quia in quibus imponitur poena non debent. (p) 59. Et ita undecumque claruerit, puniri debent, (q) 60. & hinc Cicero lib. 1. *Officiorum*. inquit, *nescio an satis sit eum poenitere injuria, ut ceteri sint ad injuriam tardiores, & ut ipse nec posthac tale crimen committat*, & Ulpianus, (r) *ob idque poena requiritur, ut sit in delinquentis supplicium, & in aliorum terrorem, & exemplum, ut metu poenæ à similibus delictis arceantur*. 61. Et hinc fuit orta praxis, quæ in illis regnis observatur à præconizantibus, nempe: *para que à la sea castigo, y à otros exemplo*, &c. 62. Ideoque diu, & non noctu, & per publicas vias executio, & publicatio delicti fieri debet, cau-

sa justa non existentè, quæ impedire possit executionem justitiæ: 63. nam ob prædictam causam licitum est à jure communi recedere, secundum Cagnolium: (s) & cessante justa causa, executio justitiæ publicè fieri debet: 64. alioquin Juxta in Syndicatu tenebitur. (t)

65. Sed in isto articulo, qualiter cognosci debeant delicta, an sint levia, gravia, graviora, & gravissima; certa regula tradi non potest: & ita nonnulli DD. dicunt, hoc relinquendum esse arbitrio Judicis: & hanc opinionem refert Bern. Diaz. (u) 66. Alii vero dicunt, quòd ex qualitate poenæ, quæ pro delicto imponitur, cognoscitur quantitas delicti, ita tanto gravius delictum judicari debet, quanto gravior poena pro eo imposta reperitur, & hanc opinionem tenet Bartolus. (x) 67. In quo articulo refert Julius Clarus, (y) Scenifissimus, & Invidiosissimus Regem nostrum Philippum II. à Supremo Senatu interrogasse, quæ essent delicta atrocita: cui Senatus respondit, sibi videri atrocita delicta esse sequentia, *Rebellionis, læsæ Majestatis, homicidii ex proposito commissi, falsæ monetæ, tertii homicidii, scilicet, commissi ab eo, qui alia duo commiserat, etiam si pro eis condemnatus non fuisset, vulneris illati præditoris cum sclopo rotato, etiam si mors sequuta non fuerit, tertie tonsationis, seu diminutionis monetarum, raptus virginis honestis parentibus orta, etiam si cupula sequuta non fuerit, usus venericus cum sacra virgine in habitu intra monasterium degente, Sodomitæ, famosorum latronum in suis grassatio, & falsificatio sigilli Principis, aut Senatus.*

68. Quòd responsum Senatus placuisse Regi nostro, testatur Julius Clarus: quamvis ipse opinatur, aliter dicendum esse, nempe, quòd

AA 2

(j) In leg. *Levia*, ff. de *Accusat.* & Bald. in conf. 412. lib. 4.  
(k) Secundum Bartol. in dict. leg. *Levia*.  
(l) Secundum Bald. in dict. conf. 412. n. 1. Carterium in Repet. leg. *Observare*, Cod. *Quor. appell. non recip.* num. 104. & Paridem de Puteo in Tract. *Syndic.* fol. 73. verb. *Judex*, n. 28. & facit text. in cap. *Felicis*, §. *Ceterum*, ibi: *Quia dignum est propter enormitatem culpæ, de Poenis*, lib. 6. & text. in leg. 20. tit. 9. Part. 7.  
(m) Ut in leg. *Respicendum*, §. *Fueta*, ff. de *Panis*, & in leg. *Auxilium*, §. *In delictis*, ff. de *Memorib.* tradit Bald. in dict. conf. 412. & Florian. in leg. *Liber homo*, n. 7. ff. *Ad leg. Aquilianam*.  
(n) Ut in dict. leg. *Auxilium*, §. *In delictis*, & ibi gloss. verb. *Atrocioribus*, & in leg. 1. §. *Si quis*, & ibi gloss. verb. *Atrociora*, ff. de *Suspect. tutor.* & in leg. 20. tit. 9. Part. 7. & tradit Ang. in §. *Atrox*, n. 1. Instit. de *Injur.*  
(o) Secundum Florian. ubi supr.  
(p) Ut in leg. *Ita vulneratus*, §. *Si quis absurdè*, ff. *Ad leg. Aquilianam*, & in leg. *Si longius*, §. 2. ff. de *Judic.* & in

leg. *Per omnes*, Cod. de *Defens. Crim.*  
(q) Ut in cap. In *Ecclesia* 23. quæst. 3.  
(r) In leg. *Quis sit fugitivus*, & ibi gloss. ff. de *Edict. Edict.*  
(s) In Repet. proemii ff. n. 98. & in Repet. leg. 2. n. 7. ff. de *Orig. juris*, & in leg. *Quæ propter necessitatem*, n. 297. ff. de *Leg. jur.* & Tiraquel. lib. 1. de *Utraque re tracta*, §. 26. n. 18.  
(t) Ut in leg. *Aut facta*, §. *Nonnumquam*, ff. de *Panis*, & in leg. 5. tit. 27. Part. 3. & in leg. 11. tit. 31. Part. 7. & ibi Gregor. Lup. verb. *El Pregonero*, & Didac. Perez in leg. 5. tit. 1. lib. 1. Ordin. in gloss. 1. verb. *Inferitur etiam*.  
(u) In sua Pract. *Crim. Canon.* cap. 11. & testatur communem Alicit. in cap. *Cum non ab homine*, post n. 28. de *Judic.* quem refert Villalob. in sua Collect. *Communium Opinionum* in litter. D. n. 56.  
(x) In dict. leg. *Levia* in princ. & dicit communem Soc. in conf. 157. n. 5. lib. 2. de quo est videndum conf. *Barbatie* 48. lib. 2. & Decii conf. 65.  
(y) Lib. 5. *Recept. sentent.* §. 1. n. 9.

omnia delicta, pro quibus à lege, vel statuto imponitur simpliciter poena mortis naturalis, vel civilis, nempe tritremium perpetuo, & talis poena in usu est, ut à Judicibus imponatur, & exequatur, talia enim delicta dicuntur graviora, & atrociora: atrociora autem, si ve atrocissima existimant esse, pro quibus à lege, vel statuto imponitur poena gravior, quam simplicis mortis, in ipso genere mortis, ut puta, quia lex, vel statutum vult pro talibus delictis reos infusi culeo, vel igne comburi, vel in frustra trahi, vel rotæ inferi, vel ad caudam aequi scindi, vel hujusmodi, ut in crimine hæresis, parricidii, assassini, latrocinii ad viam publicam, sodomiz, incendiarii, falsæ monetæ, vel quando lex addit alias qualitates ultra poenam mortis, ut quando extendit poenam, etiam in filios, ut in crimine læsæ Majestatis, vel concedit aliqua specialia adversus delinquentes, ut in crimine raptus virginum, & honestarum mulierum, quæ opinio Julii Clari in effectu reincidit in opinionem Bartoli superius relata. (z)

69. Adverte præterea, delictorum quædam esse *Ordinaria*, quibus lex statuit certam poenam, ut in crimine adulterii, & aliis, de quibus in leg. 1. ff. de *Publ. jud.* quædam vero *Extraordinaria*, quibus certa poena à lege non est statuta, sed arbitrio Judicis puniuntur, ut crimen injuriarum, stellionatus, & similia, ut in leg. *Hodie*, ff. de *Pænis*. (a)

70. Adverte etiam, quod delictorum quædam sunt *nominata*, quædam *innominata*: *nominata* sunt, quæ à lege habent peculiare nomen juris, ut furtum, adulterium, & similia: *innominata* vero dicuntur, quibus lex non imposuit specificum nomen juris, sed tantum facti, ut est verberare, percutere, ingredi domum alienam, & similia: quæ quandoque sine maleficio fieri possunt, quandoque cum maleficio; 71. ob idque *innominata* dicuntur, secundum Bartolum. (b)

72. Adverte deinde, quod delictorum quædam sunt *capitalia*, quædam non *capitalia*: & ad cognoscendum, quæ sint capitalia,

& quæ non capitalia, oportet attendere doctrinam Baldi (c) asserentis; 73. hominem habere triplex caput, primum *naturale*, secundum *civile*, nempe, quando quis amittit libertatem, & tertium caput, est quando amittit civitatem: & quando committitur crimen, propter quod caput naturale veniret abscindendum, tale crimen capitale dicitur: 74. Similiter, quando quis committeret crimen, propter quod amitteret libertatem, & servus poena efficeretur, quia damnatus esset in metallum; tunc etiam tale crimen capitale dicitur, quia servus reputatur mortuus. (d) 75. Item, quando quis committeret crimen, propter quod amitteret tertium caput, scilicet Civitatem, tale crimen etiam capitale dicitur: (e) 76. & quod crimen capitale prædictis tribus modis dicitur probat text. in leg. 2. ff. de *Pænis*, & in leg. 2. ff. de *Publ. jud.* & in §. *Cum autem*, Inst. *Quib. mod. jus patr. potest. solv.* (f)

77. Adverte denique, quod delictorum quædam sunt merè *Ecclesiastica*, quædam merè *Secularia*, & quædam *Mixta*: 78. merè *Ecclesiastica* sunt, quorum cognitio ad solos *Judices Ecclesiasticos* spectat, nec Judex laicus de eis potest se intrinmittere, etiam si commissa sint à laicis, ut est crimen hæresis, de quo solus *Ecclesiasticus* cognoscere potest, ut cum communi resolvit Aciarius. (g) 80. Similiter crimen simoniæ, de quo solus *Ecclesiasticus* cognoscit: (b) & similiter reliqua crimina à personis *Ecclesiasticis* commissa. 81. Merè *Secularia* dicuntur, de quibus, si à laicis committantur, soli *Seculares Judices* cognoscunt, ut est homicidium, furtum, & similia. 82. Crimina mixta sunt, de quibus, si à laicis committantur, uterque *Judex Ecclesiasticus, & Secularis* cognoscit, prout crimen adulterii, concubinatus, sodomiz, usurarum, sacrilegii, ut resolvit Julius Clarus. (i)

83. Adverte ultimò, quod accusatio cujuslibet delicti regulariter præscribitur spatio viginti annorum, nisi contrarium aliqua lege dispositum reperitur: (j) 84. in aliquibus tamen casibus accusatio criminalis minori cur-

(g) In dict. leg. *Levia*, quam diximus communem esse ex Socino, in dict. conf. 157. cum *Barbar.* & *Dec.* ubi supr. (h) Tradit *Bart.* in leg. 1. §. 1. ff. de *Fract. & expilat.* *Jalson.* in leg. *Non dubium*, num. 6. *Cod. de Legib. & Panorm.* in cap. *Ex litteris*, col. 4. de *Constit.*

(b) In leg. *Nunquam plura*, n. 4. ff. de *Priv. delict.* communiter receptum ex *Blanco* in *Pract. Crim.* fol. 52. n. 111.

(c) In leg. *Reus*, n. 2. *Cod. de Accusat.*

(d) Ut in leg. *Interdicit*, ff. de *Cond. & demonst.* & in leg. *Quod atinet*, & in leg. *Servitutem*, ff. de *Reg. jur.*

(e) Ita eleganter docet *Anania* in cap. *Qualiter*, §. *Ad corrigendos*, n. 15. de *Accusat.*

(f) Et tradit *Jal.* in leg. *Titia*, n. 13. ff. de *Verb. sign.*

(g) In cap. 1. n. 73. de *Offic. Ordin.* & *Jul. Clar.* lib. 5. *Recept.* §. *Hæresis*, n. 4.

(h) Ut tenet gloss. fin. in cap. *Cum sit generale*, de *For. comp.* & communiter *Doct.* ex *Anan.* in cap. 1. n. 9. de *Simonia*, & *Jul. Clar.* in dict. lib. 5. §. *Simonia*, n. 7.

(i) Ubi supr. §. fin. *quæst.* 37. & *DD.* in cap. *Cum sit generale*, de *For. comp.* & nos latè in 2. tom. in 2. prælud. infra.

(j) Juxta text. in leg. *Quærela*, *Cod. Ad leg. Cornel. de Fals.* & in leg. 5. tit. 7. *Part. 7.* & tradunt *Doct.* communiter ex *Jul. Clar.* lib. 5. *Receptarum*, §. fin. *quæst.* 51. n. 1. qui omnino in isto articulo erit videndus.

fit temporis præscribitur, ut puta, accusatio adulterii, quæ quinquennio præscribitur. (k)

## EX §. PRIMO.

## SUMMARI A.

1. **J**udex, utcumque super delicto procedat, prius sibi constare debet, delictum commissum esse.

2. **Praxis**, & stylus procedendi ex mero Judicis officio, quando dicitur, aliquod delictum commissum esse.

3. **Delictum commissum esse, ut verificetur, sufficiens fama, vel testes minus idonei.**

4. **Delictum, si constat commissum, proceditur ad inquisitionem delinquentis summarie: confessione prius ab offenso sumpta.**

5. **Ordo, quem Judex, & Tabellio observant in examinatione testium, super aliquo delicto.**

6. **Verba testificantis non immutanda.**

7. **Testis interrogari debet, ita ut facile intelligi possit, quis fuerit aggressor.**

8. **Testis interrogetur, coram quibus delictum commissum fuerit, & alia de quibus infra.**

9. **Judex non debet testem extra casum interrogare.**

10. **Accusati innocentes periclitari solent, testibus in summaria male examinatis.**

## §. PRIMUS.

DE STYLO FULMINANDI PROCESSUM per viam accusationis.

1. **Q**uoties Judex in aliquo delicto procedere voluerit, sive per viam inquisitionis, sive denuntiationis, sive accusationis, in primis, & ante omnia curare debet, ut de delicto constet: nunquam enim Judex ad aliquem actum procedere debet, nisi prius illi constet, delictum fuisse commissum per famam, aut alias conjecturas. (a)

2. Apud nos tamen *praxis*, quæ magis frequentatur est, quod quando Judex à principio procedit ex mero ejus officio, puta, quan-

do in ejus notitiam pervenit, aliquid fuisse delictum commissum, nempe, homicidium, furtum, vel simile, statim mandat Tabellioni, quod in capite processus scribat per viam actus, in ejus notitiam pervenisse tale delictum fuisse commissum, in tali loco Civitatis, & quod ad eruendam adire debeat ad videndum, & verificandum hominem fuisse mortuum, vel furtum commissum: & si offensus solummodo vulneratus fuerit, ad videnda vulnera, in qua parte corporis sint, quæ omnia in actis redigi facere debet. Et si Judex impeditus fuerit multitudine negotiorum, vel alia causa, mirere debet Officialem cum Tabellione, ad prædicta verificanda, & hanc praxim observari, testatur *Anton. Gomez* (b) 3. ad quam verificationem faciendam sufficiunt fama, vel alia conjectura, & testes minus idonei, secundum *Bosium*. (c)

4. Et postquam de delicto commissi constet, Judex diligenter debet procedere ad inquisitionem delinquentis, per summariam inquisitionem, & testium depositionem, recipiendo prius confessionem ipsius offensi vulnerati, ad se instruendum: 5. in qua informatione capienda Judex, & Tabellio sequentem ordinem observant, nempe, quod generaliter, & simpliciter interrogent testem, qualiter rixa illa, vel illud delictum fuerit commissum, & quid de eo sciat: & quicquid testis deposuerit, in actis redigi debet, eisdem verbis grossis, vel elegantibus, turpibus, vel honestis, quibus testis ipse usus fuerit in suo responso, & depositione: 6. absque eo quod verba illa immutetur, vel emendentur à Judice, vel Tabellione: 7. deinde testis interrogandus erit, quomodo illa rixa fuerit cepta, & inchoata, ut ita facile intelligi possit, quis fuerit aggressor, & an reus accusatus provocatus fuerit, re, vel verbis, ut sic necesse habuerit se defendere. 8. Postmodum Judex, & Tabellio interrogant testem, coram quo, & quibus personis delictum fuerit commissum, & an qui ibi adfuerit præstitit opem reo, vel cui

(k) Juxta text. in leg. *Quinquennium*, ff. *Ad leg. Juliam, de Adult.* & in leg. 4. tit. 17. *Part. 7.* & ibi *Gregor. Lup.* in gloss. magna: alios plures etiam casus congerit gloss. in dict. leg. *Quærela*, & gloss. in leg. fin. ff. *Ad leg. Pompejanam, de Paris.* & est videndus *Dec.* in cap. *Licet causam*, n. 23. de *Probat.*

(a) Ut probatur in leg. 1. §. *Item illud*, ff. *Ad Sillan.* & in leg. *Necessarius*, §. 1. ff. *cod. tit.* & in leg. *Inde Nervatus*, §. fin. ff. *Ad leg. Aquilianam* & in leg. 1. §. *Si quis ultro*, ff. *de Quæst.* & in leg. 1. *Cod. Ubi caus. Fisc.* docet *Bart.* in

dict. §. *Item illud*. *Hypoll.* in *Pract. Crim.* in princ. *Castan.* in *Constitut. Burgund.* rub. 1. verb. *Archidiaconus*, §. 3. n. 4. *Bosius* in *Pract. Crim.* tit. de *Delict.* n. 1. & 2. & in tit. de *Tortura* accusatoris, n. 5. & *Jul. Clar.* lib. 5. *Receptarum*, §. 5. *quæst.* 4. præscribens praxim observandam, qualiter constare debeat de delicto facti transeuntis, & de delicto facti permanentis.

(b) 2. tom. *Variar.* cap. 9. n. 1.

(c) In *Pract. Crim.* tit. de *Delicto*, n. 1. & *Foler.* in *Pract. Crim.* 2. part. tit. *Capiet informationem*, n. 3.